

L I B R Y
sonesum, partiū esse colligatur triginata quatuor cum quintis quatuor.

In caput decimumtertium annot.

Confirmat Ptolemæus hoc capite atque sequenti supradictam terræ longitudinem, colligens scilicet ex quinque particularibus distantijs 34. gradus ac quatuor quintas, hoc est 48. minuta. Colligit autem sic. Deprehensum est ex nauigationibus à Cory promontorio usque ad Cururam ciuitatem esse gradum unū & 20. minuta. A Curura ad Paluras gradus decē & minuta 30. Ex Paluris ad Gangeticum sinum gradus 17. et minuta 20. Inde, à Sadā scilicet ad Tamalam ciuitatem gradus 3. et minuta 50. A Tamala ad Chersonesum aurea gradum unum atq; minuta 48. Quibus omnibus simul aggregatis, prodit lōgitudo inter Cory & auream peninsulam, nempe gradus 34 & minuta 47. Est autem Cory promotorium in India intra Gangem, habetq; in longitudine gradus 124. minuta 40. & in latitudine gradus 13. & minuta 40. Vide inde cima Asia tabula. In eadem tabula inuenies Palurā ciuitatem, habetq; in lōgitudine gradus 136, minuta 40. & in latitudine gradus 11. minuta 30. Sadā uero ciuitatē inuenies in undecima Asia tabula, in sinu Gangetico, habetq; in longitudine gradus 154. minut. 20. & in latitudine gradus 11. minuta 20. Inuenies deniq; ibi fluuium Tamalam sed non ciuitatem, ac deinde auream Chersonesum.

De nauigatione à Chersoneso aurea ad Cattigaram. Cap. XLI.

Aeterū stadiorū numerū eius nauigationis, quæ est ab aurea Chersoneso ad Cattigaram, Marinushaud explicat: refert autem Alexandrū scripsisse terrā inde contrariam esse meridiei, et qui iuxta illā nauigant dībus uiginti applicare ad ciuitatem Zabas: à Zabis uero nauigātes ad austri, magisq; in lauam, diebus aliquot Cattigara excipere. Adauget igit̄ distantia exposita, dies aliquot pro multis excipiens: nā propter multitudinē, inquit, eos haud esse cōprehensos numero, qd ego quidem ridiculū censeo: quis em̄ dīstū numerus infinitus erit, etiā si totius terræ peragratæ ambitum cōtineat: aut quid prohibebat Alexandrū pro quibusdā dicere multosq; quē

admodū Dioscorū retulisse, inquit, nā uigationē à Raptis ad Prassum multorum esse dīerū. At qui ratiōabilius est, ut quis dies aliquot pro paucis intelligat, nā talem dīcendī modū reprehendere cōsueuimus. Verū ne & nos quo quie multitudinē aliquā propositam, ad Simplices tātū cōiecturas adaptare uideamur, assumamus nauigationem à Chersoneso aurea usq; ad Cattigaras ex uiginti dīeb. qui ad Zabam, nec nō ex alijs quibusdam qui ad Cattigaram sunt cōpositam, quemadmodum & nauigatione illa ab Aromatis ad Prassum promotorū, quæ & ipsa ex pari dīstū numero uiginti, ad Raptā cōposita est secundū Theophilū, & ex alijs multis, quæ secundum Dioscorū sunt ad Prassum, ut & Marīnum pariter imite inur, qui dies aliquot cōparat multis. Postquā igit̄ per certas ratiōes, nec nō ex apparentib; ipsis ostendimus Prassum esse sub parallelo, q ab æquinoctiali abest, meridiem uersus partib; sedecim tertia una et duodecima, parallelusq; qui per Aromatā trāsit, ab equinoctiali uersus septentriones partibus distet quatuor & quarta, ita ut si tota distātia, quæ ab Aromatis est ad Prassum, in unū cōtrahat, partiū uiginti & tertiarū duarū esse colligat: forsita nō inepte totidē ab aurea Chersoneso ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigaram. Porro distantia, quæ est ab Chersoneso aurea ad Zabas, immiuere haud oportet, quoniam æquinoctiali parallela existit, & quia regio intermédia meridiano extendit̄ contraria: at etiam distātia, quæ est à Zabis ad Cattigaram, quia nauigatione uergit ad austri & ad ortū, cōtrahere decet, ut positionē, quæ æquinoctiali est parallela, capiamus. Si itaq; dimidium partium, utrīq; attribuamus distātia, propter incertū eorum excessum & à partib; quæ à Zabis ad Cattigaram sunt decem cum una tertia, iterū tertiam partem, propter inclinationem retraxerimus, habebimus distantiam quoque ab aurea Chersoneso ad Cattigaram, positione sua, quasi æquinoctiali